

The *Manipulus/Scotichronicon* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

Auaricia d

Unde Augustinus in epistola ad comitem:...

Que est ista aviditas concupiscencie, cum et ipse belue habeant modum; tunc enim rapiunt quando esuriunt, parcent vero prede cum senserint satietatem. Insaciabilis est sola avaricia divitum, ambicio clericorum.

Semper rapit dives et numquam saciatur, nec Deum timet, nec hominem reveretur, nec patri parcit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat; viduam opprimit, pupillum invadit, liberos in servitium revocat, testimonium falsum profert; res mortui occupantur quam eciam faciunt quasi non moriantur.

Que est illa insania admittere

aurum et perdere celum?

Scotichronicon, 10.33 Notes (Watt ed., vol.5, pp.492-3, n.25).
[Not identified as part of the quotation.]

(“The quotation supposedly from Augustine has not been identified, and so it is not certain how far it runs in this extract above.”)

Que est ista aviditas concupiscencie, cum et ipse belue habeant modum? Tunc enim rapiunt quando esuriunt, parcent uero prede cum senserint satietatem. Insatiabilis est sola avaricia diuitum.

Semper rapit et nunquam satiatur; nec Deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat. Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in servitium reuocat, testimonium falsum profert. Res mortui occupantur; quasi et qui faciunt non moriantur. Que est illa animarum insania: amittere uitam, appetere mortem, acquirere aurum et perdere celum?

Augustinus de uerbis Domini.

Manipulus florum, Auaricia d

Quae est ista aviditas concupiscentiae, cum ipsae belluae habeant modum? Tunc enim rapiunt, quando esuriunt: parcent uero praedae, cum senserint satietatem. Inexplebilis est sola auaritia diuitum.

Semper rapit, et nunquam satiatur: nec Deum timet, nec hominem reueretur: nec patri parcit, nec matrem agnoscit: nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat: uiduam opprimit, pupilli rem inuadit: liberos in seruitium reuocat, testimonium falsum profert. Res mortui occupantur; quasi non et ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quae est ergo ista animarum insania, amittere uitam, appetere mortem? Acquirere aurum, et perdere coelum?

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 367.1 (PL 39, col. 1651).